

BA. quid? *SY.* transeundumst nunc tibi ad Menedemum
et tua pompa

740 *ēō* transducendast. *BA.* quam rem agis, scelus? *SY.*
egon? argentum cudo

quod tibi dem. *BA.* dignam me putas quam inludas?
SY. non est temere.

BA. etiamne tecum hic res mihist? *SY.* minime: tuom 20
tibi reddo.

BA. eatur. *SY.* sequere hac. heus, Dromo. *DR.* quis
me volt? *SY.* Syru'. *DR.* quid est rēi?

SY. ancillas omnis Bacchidis tra(ns)duce huc ad vos propere.

745 *DR.* quā ob rem? *SY.* ne quaeras: eferant quae secum
huc attulerunt.

sperabit sumptum sibi senex levatum esse harunc abitu:
nē ille haud scit hoc paullum lucri quantum ei damnum ad- 25
portet.

tu nescis id quod scis, Dromo, si sapiēs. *DR.* mutum dices.

CHREMES SYRVS

v

CH. Ita me dī amabunt ut nunc Menedemi vicem

750 miseret me tantum devenisse ad eum mali.

illancin mulierem alere cum illa familia!

etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet,

ita magno desiderio fuit eī filius;

verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi

755 cotidianos fieri nec fieri modum,

optabit rursus ut abeat ab se filius.

Syrum optume eccum. *SY.* cesso hunc adoriri? *CH.*

Syre. *SY.* hem.

5